



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P.|| VINCENTII|| BRVNI, SOCIE-||TATIS IESV,|| BREVIS
TRACTATVS|| DE SACRAMENTO|| POENITENTIAE,**

Bruno, Vincenzo

Coloniæ Agrippinæ, 1598

VD16 B 8664

Circa V. Praeceptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59993](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59993)

28 DE SACRAMENTO

struendo eos in orando & doctrina
Christianæ, reprehēdendo quoq; illos
& castigando, maximè in materia pec-
cati, occupando etiam illos honesto
exercitio, ne sint otiosi, & vias ingre-
diantur malas.

Quod dicitur de filijs, intelligitur quo
que de seruis & alijs domesticis, quo-
rum curam habere tenetur: ut nempe,
discant necessaria, & obseruent man-
data Dei atq; Ecclesiæ.

C I R C A V. P R A E-
ceptum.

Non occides.

An aliquem habue. it odio, cum de-
siderio vindicandi se, & quāto tem-
pore in eo perseverarit.

An optauerit alicui mortem, vel aliud
malum graue & damnum corporis,
famæ, honoris, bonorum tam tempo-
ralium, quam spiritualium.

An ira commotus fuerit in aliquem,
cum intentione nocendi illi, vel vin-
dictam sumendi.

An contendendo cum alijs, verbera-
uerit aliquem vel vulnerauerit, vel oc-
ciderit, aut compiserit alijs, vt face-
rent, vel, quod suo nomine ab alijs e-
rat factum, approbauerit, vel ad id de-
derit

P O E N I T E N T I A E. 29

An noluerit auxilium, consilium, aut fauorē.
An noluerit veniam petere, vel pacem
inire cum ijs quos offendit, vel pro in-
iuria illata non sufficienter satisfece-
rit.

An noluerit condonare iniuriam ab
alijs illatam.

An ex odio omiserit alloqui, vel salu-
tare aliquem, vel sine odio quidem,
sed cum proximi scandalō.

An in rebus aduersis, & infortunijs
optauerit mortem, aut ex furore & ira
seipsum verberauerit, vel male dixe-
rit, vel diabolo tradiderit.

An maledixerit alijs, tam viuis quam
defunctis, & qua intentione.

An seminauerit zizania, excitando
discordias & inimicitias inter alios,
& quod malum inde secutum sit.

An ex odio vel inuidia, immoderata
tristitia affectus fuerit de prosperitate
aliorum, tam temporali, quam spiri-
tuali, & an gauisus fuerit de aliquo
malo vel damno notabili aliorum.

An ex ira offenderit alios verbis iniu-
riosis & contumeliosis.

An alijs sit adulatus, laudando eos in
re quæ erat peccatum.

An malo suo exemplo vel cōsilio, vel
laudando mala, & detestando bona,

B 4 causam

30 DE SACRAMENTO

causam dederit, ut aliquis bonū opus,
quod faciebat, omittat, vel incitaue-
rit ad committendum aliquod pecca-
tum, aut ad perseverandum in illo,
retrahendo eum à pœnitentia.

An correxerit eos, qui in sua præsen-
tia peccarunt, aut Deum blasphemar-
unt?

An omiserit admonere aliquē de pec-
cato, probabiliter sciens, sua admoni-
tione emendandum?

An hospitio excepit extores & ho-
micias, vel cōsilio, fauore, alijsūe mo-
dis illis subuenerit?

An mali aliquid dixerit de proximo,
patefaciendo aliquem occultum eius
defectum, cum infamia vel damno
illius?

An verberauerit iniuriosè personam
Ecclesiasticam vel religiosam, vt sit
excommunicatus?

CIRCA VI. ET IX. PRAE-
ceptum.

Non fornicaberis, & non concupisces uxo-
rem proximi tui.

AN habuerit cogitationes inhone-
stas & immundas, in ijsque hæserit,
& voluntariè fuerit oblectatus.

An